

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Ascensio y  
cum fonte primo

Non ociose inter  
resurrectionem et ascensionem quadraginta dies  
transiere discursit,  
sed magna confirmata sunt sacramenta,  
magna reuelata mysteria.  
In eis dire mortis aufertur metus  
anime simul  
et carnis immortalitas declaratur.  
In hiis insufflacio Spiritus Sancti infunditur,  
in hiis  
beato Petro super ceteros  
  
ouilis dominici cura mandatur.

Leo papa in sermone quodam.

Non ergo dies hi, dilectissimi, qui inter resurrectionem Domini ascensionemque  
fluxerunt, otioso transiere decursu,  
sed magna in eis confirmata sacramenta,  
magna sunt reuelata mysteria.  
In his metus dirae mortis aufertur,  
et non solum animae,  
sed etiam carnis inmortalitas declaratur.  
In his per insufflationem Domini infunditur  
apostolis omnibus Spiritus sanctus, et  
beato apostolo Petro supra ceteros,  
post regni claves,  
ouilis dominici cura mandatur.

Leo Magnus, *Tractatus septem et nonaginta*,  
73.2 (CCSL 138A, A. Chavasse ed., p.451,  
ll.27-34).